

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...

Cicero, Marcus Tullius

Coloniae Agrippinae, 1629

De lege agraria contra p. servilium [...]


[urn:nbn:de:bsz:31-116557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116557)

O R A T I O

bus prospexi, & sanè precavidiem tribuni pl. denuncias, ne quid turbulenti me consule conflarent. summum & firmissimum est illud communibus fortunis praesidium. Quirites, ut, quales vos hodie na die maxima concione mihi pro salute vestra praeuistis, tales reliquis temporibus reip. praebatis, pro certo polliceor hoc vobis, atque confirmo, me esse perfecturum, ut iam tandem illi, qui honori inuiderunt meo, tamen vos vniuersos in consule deligendo plurimum vidisse fasantur.

DE LEGE AGRARIA CONTRA P. SERVI- lium Rullum Trib. Pl. ad Popul.

O R A T I O X V I I.

I  Ommodius fecissent tribuni pl. Quirites, si, quae apud vos de me deferunt, ea coram potius me praesente dixissent: nam & aequitatem vestrae disceptationis, & consuetudinem superiorum, & ius sua potestatis retinissent, sed quoniam adhuc praesens certamen, contentionemque fugerunt: nunc, si videtur eis, in meam concionem prodeant: &, quo prouocati à me venire noluerunt, reuocati saltem reuertantur. * Videt quosdam, Quirites; strepitu significare nescio quid, & non

DE LEG. AGR. CON. RVL.

& non eosdem vultus, quos proxima mea concionā
 praeberunt, in hanc concionem mihi retulisse, qua-
 re à vobis, qui nihil de me credidistis, ut eam vo-
 luntatem, quam semper habuisti erga me, retine-
 atis, peto: à vobis autem, quos leui ter immutatos
 esse sentio, parvam exigui temporis vsuram bona de
 me opinionis postulo, ut eam, si qua dixero, vobis
 probabo, pe. petud retineatis: sin aliter, hoc ipso lo-
 co depositam atque abiectam relinquatis: * Cum 3
 plebi sunt animi, auresque vestrae, Quirites, me gra-
 tificantiem septem tyrannis, ceterisque Syllanarum
 assignationum possessoribus, Agraria legi, & com-
 modis vestris obistere. haec si qui crediderunt, illud
 prius crediderint necesse est, hac lege Agraria, qua
 promulgata sit, adimi Syllanos agros, vobis diuidi,
 aut denique minui priuatorum possessiones, ut in
 eas vos deducamini. Si ostendo, non modò non ad-
 imi cuiquam glebam de Syllanis agris, sed etiam
 genus id agrorum certo capite legis impudentissi-
 mè confirmari atque sanciri: si doceo, agrus hīs, qui à
 Sylla sunt dati, sic diligenter nullum sua lege con-
 fulere, ut facile appareat eam legem non à vestro-
 rum commodorum patrono, sed à Valgii genero esse
 conscriptam: nunquid est causa, Quirites, quin illa
 criminatione, qua in me absentem vsus est non so-
 lum meam, sed etiam vestram diligentiam pru-
 dentiamque despexerit? * Caput est legis XL. de 4
 quo ego consulto, Quirites, neque apud vos
 antè feci mentionem, ne aut refricare obductam
 iam

ORATIO

iam reip. cicatricem viderer, aut aliquid alienissimo
 tempore noua diffensionis commouere: neque verò nūc
 idē disputabo, quod hunc statum reip. non magno-
 pere defendendum putem: praesertim, qui ocij & con-
 cordia patronum me in hunc annum reip. professus
 sim: sed vt doceam, Rullum posthac in hys saltem ta-
 cere rebus, in quibus de se, & de suis factis taceri ve-
 5 lit. * Omnium legum iniquissimam, dissimilimam-
 que legis esse arbitror eam, quam L. Flaccus interrex
 de Sylla tulit, vt omnia, quacunque ille fecisset, essent
 rata. nam cum ceteris in ciuitatibus, tyrannus insti-
 tutis, leges omnes extinguantur, atque tollantur: hic
 reip. tyrannum lege constituit. est inuidiosa lex, sicut
 dixi: verum tamen habet excusationem. non enim
 6 videtur hominis lex esse, sed temporis. * quid si est
 hac multo impudentior? nam Valeria lege Corn-
 lijsq. legibus, cum eripitur, cui datur, coniungitur im-
 pudens gratificatio cum acerba iniuria: sed tamen
 habet in illis legibus spem nonnullam ille, cui ademp-
 tus est: aliquem scrupulum, cui datus est. Rulli cautio
 est haec: QVAE POST C. MARIVM, C.N. PA-
 PIRIVM CONSULES, quam procul a suspitione
 fugit, quod eos consules, qui aduersarij Syllae maxi-
 me fuerunt, potissimum nominauit? si enim Syllam
 dictatorem nominasset: perspicuum fore, & inuidio-
 sum arbitratus est. sed quem vestram tam taro
 ingenio fore putauit, cui, post eos consules Syllam di-
 7 ctatorem fuisse, in mentem venire non posset? * quid
 ergo ait Marianus tribunus plebis, qui nos Syllanos
 in inuidiam rapit? QVAE POST MARIVM ET
 CAR-

DE LEG. AGR. CON. RVL.

CARBONEM COSS. agros, adificia, lacus, stagna, loca, possessiones, cælum, & mare pratermisit, cetera complexus est. PVBLICE DATA, ASSIGNATA, VENDITA, CONCESSA SVNT. à quo Rulle? post Marium & Carbonem coff. quis assignavit? quis dedit? quis concessit, prater Syllam? EA OMNIA EO IVRE SINT. quo iurè labefactat videlicet nescio quid nimium acer, nimium vehemens tribunus pleb. Syllana rescindit. VT QVAE OPTIMO IVRE PRIVATI SINT. etiamne meliore, quàm paterna, & auita? meliore. at hoc Valeria lex non dicit. Cornelia leges non sanciunt, Sylla ipse non postulat. *si isti agri partem aliquam iuris, aliquam similitudinem propriae possessionis, aliquam spem diuturnitatis attingunt: nemo est tam impudens istorum quin agi secum praclare arbitretur. tu verò Rulle quid quaeris? quod habent, ut habeant? quis vetat? ut priuatum. sed ita latum est, ut melior tui soceri fundus Irpinus sit. siue ager Irpinus, (totum enim possidet) quàm meus paternus auitusque fundus Arpinas. *id enim caues: optimo enim iure ea sunt profectò pradia, qua optima conditione sunt: libera meliore iure sunt, quàm serua, capite hoc; omnia, qua seruebant, non seruent: soluta meliore in causa sunt, quam obligata. eodem capite obligata omnia, si modò Syllana sunt, liberantur: immunita commodiore conditione sunt, quàm illa, qua pensitant. ego Tusculanis pro aqua Crabra vectigal pendam, qui à municipio fundum accepi: si à Sylla mihi datum esset, Rulli lege non penderem. * Vi. 10

N

deo

ORATIO

deo vos, Quirites, sicuti res ipsa cogit, commoueri,
 vel legis, vel orationis impudentia: legis, qua ius
 melius Syllanis prædijs constituat, quam paterni:
 ocationu, qua eiusmodi causa insimulare quen-
 quam audeat, rationes Sylla nimirum vthementer
 defendere, at si illa solum sanciret, qua à Sylla essent
 data, tacerem, modò ipse se Syllanum esse confite-
 tur: sed nõ modò illis cauet, verum etiam aliud quod-
 dam genus donationis inducit: & is, qui à me Syl-
 lanas possessiones defendi criminatur, non eas solum
 sancit, verum ipse nouas assignationes instituit, &
 11 repentinus Sylla nobis exoritur? * nam attendite.
 quantas concessiones agrorum hic noster obiurgator
 vno verbo facere conetur. QVAE, DATA DONA-
 TA, CONCESSA, VENDITA, patior, audio:
 quid deinde? POSSESSA. hoc tribunus pleb. pro-
 mulgare ausus est, vt, quod quisque post Marium &
 Carbonem consules possidet, id eo iure teneret, quo
 optimo priuatum etiamne si vi eiecit? etiamne si
 clam, si precario venit in possessionem? ergo hac lege
 ius ciuile, causa possessionum, praetorum interdicta
 12 tollentur. * non mediocri res, neque paruum sub
 hoc verbo furtum, Quirites, later. sunt enim
 multi agri lege Cornelia publicati. nec cuiquam as-
 signati, neque venditi, qui à paucis hominibus im-
 pudentissimè possidentur. his cauet, hos defendit,
 hos priuatos facit: hos inquam agros, quos Sylla
 nemini dedit, Nullus non vobis assignare vult, sed
 eis condonare, qui possident. causam quero, cur
 ea, qua maiores vobis in Italia, Sicilia, duabus Hi-
 spa-

DE LEG. AGR. CON. RVL.


spanijs, Macedonia, Asia quaesuerunt, venire patia-
 mini, cum ea, qua vestra sunt, condonari posse fori-
 bus eadem lege videatur? * Iam totam legem intelli- 13
 getis, cum ad paucorum dominationem scripta sit, ad
 Syllanæ assignationis rationes esse accommodatissi-
 mam. nam socer huius vir multum bonus est: neque
 ego nunc de illius bonitate, sed degeneri impudentia
 disputo, ille enim, quod habet, retinere vult, neque so-
 Syllanum esse dissimulat: hic, ut ipse habeat, quod non
 habet, quæ dubia sunt, per vos sancire vult: & cum
 plus appetat, quam ipse Sylla, quibus ego rebus resi-
 sto, Syllanas res defendere me criminatur. * habet a- 14
 gros nonnullos, inquit, socer meus, desertos atque lon-
 ginquos: vendet eos mea lege, quanti volet, habet iu-
 certos ac nullo iure possessos: confirmabuntur optimo
 iure, habet publicos: reddam priuatos: demiq; eos fun-
 dos, quos in agros Casinati optimos & fructuosissi-
 mos continuauit, eum vsq; ad vicinos proscriberet, quo-
 ad oculos continuando, ex multis prædijs vnam fundi
 regionem formamque perfecit, quos nunc cum ali-
 quo metu tenet, sine villa cura possidebit. * & quoni- 15
 am, qua de causa, & quorum causa ille hoc promul-
 gavit, ostendi: doceat ipse, num ego quem possorem
 defendam, cum Agraria legi resisto: filuam Scantium
 vendis: resisti. possidet: defendo. Campanum agrum
 diuidis: vos estis in possessione: non cedo. deinde Ita-
 lia, Sicilia ceterarumq; provinciarum possessiones ve-
 nales ac proscripias hac lege video: vestra sunt præ-
 dia, vestra possessiones: resistam atq; repugnabo, neque
 patiar à quoquam populi Rom. de suis possessionibus

ORATIO

16 me consule dimoueri, praesertim cum vobis nihil
 quaratur. * hoc enim vos in errore versari diuisus
 non oportet. num quis vestrum ad vim, ad facinus,
 ad eadem accommodatus est? nemo. atqui ei generi
 hominum, mihi credite, Campanus ager, & pracla-
 ra illa Capua seruatur: exercitus contra vos, con-
 tra libertatem vestram, contra Cn. Pompeium con-
 stituitur: contra hanc urbem Capua, contra vos
 manus hominum audacissimorum, contra Cn. Pom-
 peium decem duces comparantur, veniant coram:
 & quoniam me in vestram concionem vobis flagi-
 tantibus conuocauerunt, differant.

PRO C. RABIRIO
 PERDVLLIONIS
 reo, ad Quirites.

ORATIO XIII.

I  TSI, Quirites, non est mea consue-
 tudinis, initio dicendi, rationem
 reddere, qua de causa quaque de-
 fendam: propterea quod cum om-
 nibus ciuibus in eorum periculis sem-
 per satis iustam mihi causam necessitudinis esse
 duxi: tamen in hac defensione capitis, fama, fortu-
 natum omnium C. Rabirij, proponenda ratio
 vide-